



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Allegatio Asianor[um] de te[m]pore Pasch[a]e. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERUM MEMO. LIB. V.

RATIO Policratys, cur velit Paschæ
xiiij. luna obseruari.

Cap. X.

Affirmantibus è contra Asianis & maxime Polycrate Ephesiorum episcopo, qui int' eos primatum agere videbatur, quod ab illo interemerato die Paschæ, in qua secundum euangelium etiam ipse dominus suum Pascha celebrait, nihil licet adde revel substrahere, ut ultra xiiij. diem vel infra celebraretur, prætendentibus etiam antiquum morem & maiorum traditionem, & dicentibus, quia Philippus euangelista, qui cum suis filiabus dormit in Asia, & Iohannes apostolus, qui supra pectus domini in cena recubuit, necnon & Polycarpus discipulus eius obseruerunt. Tandem autem inspiratione diuina plurimis in unum concordantibus, & senioris fidei & scientiae episcopis, promulgatum est solenne decretum à Victore Romano pontifice de Paschæ concordia, & subscriptis venerabilibus episcopis Narciso Hierosolymitano, Theophilo Cæsariensi, Irenæo Lugdunensi, cum ceteris episcopis Galliarum, & confirmatis quod in dominica die resurrectionis Christi mysterium Paschæ debeat omnimode celebrari.

H A Y M O.

Caput XI.

Michi autem videtur Romanam ecclesiam prudenti consilio & saniore sententia hoc potius elegisse ne Iudaizare videremur, & Mosaicum ad huc vel figuratum Pascha obseruare, si sp xiiij. luna so-

D ij